



HUGO GROTII
DE JURE
BELLII ac PACIS
LIBRI TRES





HUGO GROTIUS.

*Regis Regique Suedici Conciliarius eorundemque
Regum Christianissimorum Legatus ordinarius. quondam
Scriba Rotterdamensis. ejusdemque Urbis in Convocato
Ordinam Hollandiae et Westfrisiae Delegatus.*

HUGONIS GROTII
DE JURE
BELLI AC PACIS
LIBRI TRES;

In quibus Jus Naturæ & Gentium, item
Juris Publici præcipua explicantur.

Cum ANNOTATIS Auctoris, ejusdemque
Dissertatione de MARI LIBERO;

Ac Libello singulari

Nec non

in totum opus de Jure Belli ac Pacis,
Ex altera recensione

JOHANNIS BARBEYRACII,
J.C. & Publici Privatique Juris Antecessoris Groningani;

Cum Notulis ejusdem nunc auctioribus, pluriumque locorum, ex Aucto-
ribus quibusvis laudatorum, adcuratori indicatione.

TOMUS PRIMUS.



Cum Privilegio S. Reg. Maj. Polon. & Elect. Saxon.

AMSTELÆDAMI,
Sumptibus GASPARI FRITSCH.
CLO IO CCXXXV.

LUDOVICO XIII.

CHRISTIANISSIMO

FRANCORUM & NAVARRÆ

REGI

HUGO GROTIUS.



*Udet hic liber, Regum eminentissime, Tuum sibi
augustum nomen inscribere, non sui, non Aucto-
ris, sed argumenti fiducia, pro Justitia quippe
scriptus: quæ virtus adeo Tua est, ut inde tuis
meritis & humani generis suffragio dignissimum
tanto Rege cognomentum acceperis, ut iam ubique JUSTI
appellatione non minus quam LUDOVICI noscaris. Spe-
ciosi Romanis Ducibus videbantur ex Creta, Numidia, Afri-
ca, Asia, aliisque devictis gentibus tituli. At quanto Tuum
illustrius, quo significaris nullius populi, nullius hominis, sed
ejus, quod injustum est, & hostis ubique, & victor semper?
Magnum putarunt Aegyptii reges, si patris hic, matris ille,
fratrum amans alius dicerentur. At quantula hæ partes sunt
Tui nominis, quod non ista tantum, sed quicquid pulchrum &
honestum excogitari potest, ambitu suo complectitur: JUSTUS
es, cum Magni supra omne id quod dici potest Regis Patris Tui
memoriam honoras ipsum imitando: JUSTUS, cum Fra-
trem modis omnibus, sed nulla re magis quam exemplo tuo in-
struis: JUSTUS, cum Sorores summis matrimoniis ornas:
JUSTUS, cum sepultas prope leges revocas, & quantum
potes, ruenti in pejus seculo temet opponis: JUSTUS, sed si-
mul clemens, cum subditis, quos tuæ bonitatis ignorantia ab
officii limite transversos egerat, præter peccandi licentiam nihil
adimis, nec vim adfers animis circa divina diversum à te sen-
tien-*

* LECTURIS

hanc novam Editionem

S. P. D.

JOANNES BARBEYRACIUS.



Uum in eo essent Bibliopolæ sollertissimi, ut eximium istud Opus, sæpius recusum & recudendum, typis suis iterum committerent; ac in eo emaculando & interpretando non parum operæ a me positum esse inaudivissent: mecum ultro egerunt, ut suppeditare vellem, si quid ad novam Editionem ornandam conferre commodum esset. Lubens amplexus sum occasionem oblatam de illis bene merendi, qui Jus Naturæ & Gentium, pro merito ejus suæque ipsorum utilitate, amplectuntur, adeoque non possunt non maximi facere Auctorem nostrum, nobilissimæ artis quasi parentem. Et quamquam paullo plus temporis mihi relinqui, quam ferebant rationes Typographorum, valde optassem: tamen vel sic ea præstare me posse existimavi, de quibus suscipiendis nemo hæctenus, quod sciam, serio cogitaverat. Rem omnem paucis accipe.

Dum ab aliquot annis, *Lausannæ* adhuc degens, in eo totus eram, ut Libros hosce *De Jure Belli ac Pacis* in Gallicam linguam verterem, & Notis perpetuis illustrarem, ad eum fere modum, quo ad fine Opus SAMUELIS PUFENDORFII *De Jure Naturæ & Gentium*, plus simplici vice,
jam

* Præfatio Editoris in priorem Editionem Anni 1720. Cui subjecit monitum de hac posteriore.

411

IN TRES LIBROS
DE JURE BELLI AC PACIS
PROLEGOMENA.

I. **JUS** : civile, sive Romanum, sive 2 quod cuique patrium
est, aut illustrare commentariis, aut 3 contractum ob ocu-
los

f.
JUS
Gentium

GRONOVII NOTE.

Prolegomena] Περιληψίων par-
tes sunt duæ: generalis, quæ
spectat omnem materiam: specialis,
quæ spectat hoc opus. Prior habet
duo membra: alterum, quo probat-
ur esse jus: alterum, quo probatur
esse & jus in bello.

Prioris membri quatuor sunt arti-
culi: primus, propositio sententia
illorum, qui jus volunt esse rem
imaginariam, umbraticam, appella-
tionem sine corpore & specie, ut
Cæsar de republica loquebatur. Se-
cundus, refutatio ejusdem senten-
tiæ. Tertius, confirmatio septem
constans argumentis. I. Est natura
homini appetitus societatis, ergo &
jus. II. Est iudicium & qualiscun-
que delectus boni & mali, ergo &
jus, quod bono alligat, & a malo
deterret. III. Est discrimen etiam
boni majoris & minoris, & intel-
lectus bono majori deberi majorem
honorem, ergo & jus, nempe ju-
stitiæ distribuentis. IV. Agnoscimus
omnes verum Deum præcepisse: er-
go est jus, quod ille præcipit. V.
Habemus parentes, quibus pro be-
neficio procreationis & educationis
subiecti sumus: ergo est jus, quod
illi mandant. VI. Intellexere ho-
mines utile esse civitates coli: ergo
est jus civile. VII. Videntur quo-
que utile esse, ut quædam civitates
eum civitatibus & populis externis
consentirent in commune utrorum-
que bonum: ergo est jus gentium.
Quartus articulus prioris mem-
bris generalis, consistit in quædam,
vel secunda refutatio; I. adversus

Carneadem. II. Dicitur Horatiani.
III. Eorum, qui jus inter privatos
agnoscunt, rectores rerum publica-
rum eo volunt solutos.

Alterum membrum partis genera-
lis, quo probat esse etiam jus, &
servandum esse in bello, constat ar-
gumentis quatuor. **ESSE JUS
IN BELLO probat**, I. quia lau-
dabile bellum non suscipitur nisi ju-
ris obtinendi causa: indignum igitur,
jus per injuriam peti. II. Tes-
timonia scriptorum & Imperato-
rum. III. Pro justitia causa & ar-
morum, proque injuria, angentur
& manantur animi militum.
IV. Crescit existimatio ad alienigenas,
si quem videant nonnulli justam
ob causam, & salvo jure publico
ac privato ad arma descendere.

PARS SPECIALIS est, quæ
proprie spectat hoc ipsum opus, at-
que quintuplex est. Continet enim
I. consilium auctoris. II. Partitio-
nem operis. III. Necessitatem ope-
ris. IV. Subsidia. V. Curam & cau-
tionem auctoris per universum opus.

1 *Jus civile Romanum*] Quod ex
L. regis & XII tabb. Romæ oc-
tum varie crevit; cumque diffunde-
retur nimis, a Justiniano circumei-
sum & correctum in Pandectæ, Co-
dice, Novellis, &c. ad nos perve-
nit, inque Academiis docetur. Quod
olim fuit Quiritium, id nunc est jus
commune omnium populorum in
Europa.

2 *Quod cuique patrium*] Populi ti-
nius, sive certæ gentis, regni, mu-
nicipii.

3 *Contractum*] In compendium
redactum.

4 *Quod*

HUGONIS GROTTII
DE JURE BELLI AC PACIS
LIBER PRIMUS.

CAPUT I.

Quid Bellum, quid Jus?

- I. **O**Rdo operis.
- II. **B**elli definitio, & origo nominis.
- III. **J**us pro attributo actionis describitur, & dividitur in Rectiorium & Equatorium.
- IV. **J**us pro qualitate dividitur in facultatem & aptitudinem.
- V. **F**acultatis sive juris stricte dicti divisio in potestatem, dominium, creditum.
- VI. **F**acultatis alia divisio: in vulgarem & eminentem.
- VII. **A**ptitudo quid?
- VIII. **D**e justitia explettrice & attributrice: easque proprie non distingui per proportionem Geometricam & Arithmeticam: nec quod hac circa res communes, illa circa res singulorum versetur.
- IX. **J**us pro regula definitur, & dividitur in naturale & voluntarium.
- X. **J**uris naturalis definitio, divisio, & distinctio ab his quae non proprie sic dicuntur.
- XI. **I**n instinctum cum aliis animantibus communem, aut proprium hominibus, non facere aliam juris speciem.
- XII. **Q**uomodo probetur jus naturale.
- XIII. **J**uris voluntarii divisio in humanum & divinum.
- XIV. **J**us humanum dividitur in civile, civili artius, & civile latius, quod est jus Gentium: ejus explicatio, & quomodo probetur.
- XV. **J**us divinum dividitur in universale & unius populi proprium.
- XVI. **J**ure Hebraeorum nunquam obligatos fuisse alienigenas.
- XVII. **Q**uae argumenta Civisiani petere possint ex lege Hebraea, & quomodo.

I. **C**ONTROVERSIAE eorum: quos nulla juris civilis tenet communio, quales sunt & qui: in gentem nondum coierunt, & qui inter se diversarum sunt gentium, tum

GRONOVII NOTÆ.

I. **Q**uos nulla juris] i. e. qui non sunt ejusdem Reip. qui communi legum vel civitatis sponcione, ut loquitur Justinus lex 2. D. de legibus, non tenentur, neque iudicem eundem agnoscunt.

2. In gentem nondum] Ut Aboriginēs, genus hominum agreste, sine

legibus, sine imperio, solum atque liberum, Sallust. Catilin. 6. Apud eundem Gatali & Libyes, asperi incultique, neque moribus, neque lege aut imperio cuiusquam regebantur. Jugurth. 18. Et ex eadem Africa, qui in familias passim & sine lege dispersi nihil in commune consulunt. Mela 1, 3. Adde Cicero de Invent. 1, 2.

infra